



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris. Libri Qvinque**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

LXXXIV. Sudor ex S. Ignatij effigie duas sanat ægrotas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

excituit, qui & carcerem deprehendere clausum, & iuuenem vberim lacrymantem, paulo vero post, fidem fecit promisso, restituta infanti, post comperitam innocentiam libertas.

LXXXIII.  
*Serua Inda  
bis sanatur.*

Gaudianæ Mexici pago, serua Inda luxatis vertebrae iam biennium iacebat, vt præter grauem cruciatum, corpus nisi admodum ægrè non posset sustinere. Illac transiens è nostris Sacerdos, vicemque infelicis dolens S. Ignatium illi medicum aduocauit, quòd iam nihil spei ab aliis restaret; tum sancti fiducia illam erecturus, recensuit illi prodigia in vicinis ab eo patrata: denique in illam, precationem recitauit qua consuevit orari sanctus, eiusque auxilium implorauit. Quo puncto temporis, sic perfanata est vt statimurgeret, inambularet in oculis omnium, & in argumentum receptæ sanitatis sublatum in humeros onus baiularet. Verum reditatis, forte doloribus nimis stultè cauens, & fouendo quem receperat vigori; cum à patris discessu calefacto balneo vti voluisset; vix illud subierat, & diro totius corporis cruciamento statim capta, reportanda in lectum fuit, lenitatem suam plurimum inculans, & beneficij accepti frigidam æstimationem. Fletu ergo & precibus, tum facti veniam, tum amissi doni restitutionem enixè flagitans, orationes aliquot recitat, nouoque statim miraculo confestim, vt fuerat sana sit, & prudentiùs quam fuerat cauta.

LXXXIV.  
*Sudor ex S.  
Ignatij effigie  
duas sanat  
agrotas.*

Ibidem anno huius aui secundo, tribus vna occasione miraculis serui sui gloriam illustrauit Deus. Puellam paucorum annorum diuturnæ febres in supremum discrimen redegerant, & desperauerant medici; patens ad nosstros accurrit mestissimus, petiit ab iis quam apud se habent imaginem pictam S. Ignatij flexis genibus ante Christum de cruce pendentem; concessam fert domum, & sanctum pro filia salute cum familiaribus precatus, illius capiti imaginem admouet; exin prodigiosus sudor ex sacra imagine guttatim fluere, gemmarum instar colore spectabili & magnitudine stupere adstantes rei nouitate, in quibus mulier graue quo tumebat apostema, intincto reuerenter in sacrum humorem digito inungens, repente curata est. Puellam quoque sacrae imaginis attactus, febris & periculi securam effecit.

LXXXV.  
*Nocturnus ap-  
parente sibi  
S. Ignatio.*

Romam venit Guillelmus Guardefordius Sacerdos anglus anno 1594. Societatem quam obtinuerat ingressurus, cupiens autem summoperè die illo tirocinium inire, qui Augustino Anglorum Apostolo sacer est dissimulauit febrem, qua illo ipso die correptus ardebat, sed ea postridie ingrauescens viresque prosternens, & alia edens tristioris prognostici omina, iacentem graniter afflixit, vitæ metu tunc statim perdendæ, cum ei primum grata esse cœpisset. Tantisper igitur se lecto attollens, ardentè institit Sancto Ignatio, à quo, iam patre, confidebat se tanquam filium aspici; ne tam præmaturè bono illo orbari se sineret, quod ipse tot annos, & tantis itineribus quæsitum vix tandem possedisset. Differret morbum in aliud tempus, ne Societati attulisse cadauer videretur, & penè illi prius moriens, quam viuens, eam vix dura adeptus amitteret. Mouit orantis gemitus San-

ctum